

RATHERVS REX FRANCORVM.



**R**atherus magnæ fortitudinis heros, Anno  
 natiuitatis Christi sexagesimo octauo Rex  
 Francorum post Antenore electus fuit. Is suam  
 regionem ad Oceanum multis edificijs excoluit,  
 atque Ratherodamum urbem extruxit, ac de se  
 nominauit. Postea cum Germanis Saxonibus &  
 Thuringis foedus antiquum renouauit, atq; mul-  
 tas res per Germaniam præclare peregit. Tan-  
 dem cum per uiginti annos feliciter rebus præ-  
 fuisset, magno subditorū luctu obiit, atq; filium  
 Richimerum in regno successorem reliquit, Ioan-  
 nes Funck. in Chronologia.